ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Perillustris Domine,

Triduum admodum est quod raptim ad te scripsi ea quae festinanti sub acumen styli veniebant prae festinatione autem nimia et aliqua omisi quae decreveram, et inprimis quod prae omnibus scriptum volueram. Non, opinor, aegre feres, si tibi rem aperuero qua ostendam me amicis meis studere. et scio te pro solito in omnes bonos amore bonis, quantumvis ignotis, prolixe cupere. Non ibo per ambages. Est in urbe hac D. Michael Middelhovius, Ecclesiae Rentwoudanae Pastor, homo merito suo amicissimus mihi et cum a moribus tum ab eruditione inter suos probatissimus Toparchae autem Rentwoudano inpaucis charus. Eum audio Buram fortasse vocatum iri, maxime si Celsissimus Princeps eum Ecclesiae Buranae commendare dignaretur. proprio erga Ecclesiam affectu ductus, perillustris domine oro te etiam atque etiam ut quid apud Principem possis, quantum non amici mei sed Ecclesiae causa velis ostendere digneris: Vale perillustris domine, et me favore tuo complectere,

Grinnibus sive Rhenis
pridie Calend. Novembr.
CIƆIƆCXLVIII

tuum servum
Henricum Brunonem

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 96
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4891

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 96
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4891

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 96
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4891

Mijn Heer,

Mijn Heer van Zuylichem &c.
Ridder Raedt, en eerste Se=
cretaris van Sijne Hoogheyt,

In 's Gravenhaeghe

Port

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 96
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4891